

iuben tur adque in ligno suspendere regem terre illius quam
 uiolenter inuadunt atque utinam dñs meus ih̄s filius dī istud
 concedat & iubeat pedibus meis conculcare sp̄m fornicatio
 nis & calcare super ceruices sp̄s iracundiae & furoris & calcare
 auaritiā & demonem & calcare iactantiam contere pedib;
 supbie sp̄m & cum h̄ae fecero operis ^{agēris} gesti summam non mihi
 sed cruci eius appendere. Sequento paulum dicentem
 quia p̄ ipsum mihi mundus crucifixus ē & ea quae superius
 memorauimus quod ait non autē ego sed gratia dī que in
 me est. quod sita facere meruero. beatus ero & dicitur
 & iam mihi quod dicebat antiquus ih̄s. Umiliter agite &
 confortamini a facie eorum. quia dñs dñs tradidit ^{uobis} uos om
 nes inimicos uos in manus. haec si spiritualiter p̄curri
 mus expellamus omnia illa spiritalia nequitia de caelestib;
 & ita demum poterimus & iam loca aeterna ipsorum
 ab ih̄u quesunt regna caelorum regna hereditatis suscipere
 praestante dño & saluatore nro ih̄u xp̄o. cui gloria &
 imperium in saecula saeculorum amen. **KLIC ONT. XII.**

**INCIPIT OMNIB. XIII. DE LAEHIIS ET DE LEBAN ET DE CEBRON CIVITATIB;
 QUAS HABERUNT FILII ISRAEL**

Haec omnia quae figuratiter accedebant illis scripta sunt au
 propter nos. in quos fines saeculorū deueniunt cū legitur
 non qui in manifesto iudeus ē. qui manifesta habet in carne
 circumcissionem. nesciens quid sit in occulto esse iudeum
 in circumcissione cordis. nihil aliud putat esse nisi bella
 discripta & interitus hostium & israelitas duce ih̄u um
 centes. & diripientes gentium regna. qui uero ^{in occulto} iudeus est
 id est xp̄ianus. qui ih̄m non tam filium naue quā filium dī
 sequitur. haec omnia mysteria intellegit esse regna caelorum.
 Et intellegamus & huiusmodi bella spiritalit.